ββ): conatus est Caesar reficere pontes, sed nec magnitudo fluminis permittebat neque ad ripam dispositae cohortes aduersariorum perfici patiebantur: 1, 50, 1.

γγ): relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et: V 19, 3; qui si improbasset, cur ferri passus esset <pass' a>? si <et si *ahl*> probasset, cur . . . prohibuisset? 1, 32, 3.

b) sequitur ut: neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos <c> sociois desereret: I 45, f; neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguum manum . . . adoriri non audeant: VI 8, 1.

c) abs. (subaudiendus est acc. c. inf.); z): refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus; Marcellus *consul passurum in praesentia negat: 1, 6, 4.

β): Caesar . . . secutus hostes <c>, quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus <c> ex nouissimo agmine interfectis altero die ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2; hanc [in]super confignationem, quantum tectum plutei ac

uinearum passum est, latericulo adstruxerunt: 2, 9, 2; ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum elenarant <c>: 2, 9, 6.

patien(tissimus): at hi miserrimo ac patientissimo <Ald.; potentissimo codd.> exercitui <c> Caesaris luxuriam obiecebant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent: 3, 96, 2.

patienter: qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur <c>, quam qui dolorem patienter ferant: VII 77, 5; quae tamen omnia et se tulisse patienter et esse laturni: 1, 85, 11; quas tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant: 3, 15, 5.

patria: non enim has aut conspectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum uitae periculum adire cogebant: 2, 7, 1; ¶ se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus: 3, 32, 4.

patrius: (Nernios) incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedidissent <c> patriamque <et patriam β> uirtutem proiecissent: II 15, 5.

patronus: principes nero esse earum partium Cn. Pompeium et C. Caesarem, patronos ciuitatis: 1, 35, 4; ¶ quibus (clientibus) more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere patronos: VII 40, 7.

patrons: (Vercingetorix) prohibetur <del. Ald.> a <c> Gobannitione, patro suo, reliquisque principibus . . . , expellitur ex oppido Gergouia: VII 4, 2.

pauci. 1. adieet.; A.: futurum esse paucis annis, ut: I 31, 11; ubi paucis ante (antea a) annis L. Valerius . . . interfectus esset: III 20, 1; quod paucis ante annis ex <c> praetura eam prouinciam obtinuerat: 1, 31, 2; ¶ ut paucis mutatis centurionibus idem ordines manipuli que constarent: 2, 28, 1; ¶ cum paucis conlocuti clientibus suis . . . conati sunt . . . Volusenum interficere: 3, 60, 4; ¶ omnes copiae paucis praesidio relicti cohortibus exeunt: 1, 69, 4; praesidio impedimentis paucas cohortes relinquit: 1, 80, 4; ¶ illi imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt: VI 10, 4; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursus eum nauibus . . . recipit: 3, 58, 2; (Caesar) castra transtulit paucisque intermissis diebus eadem <c> Pompeius occupauerat: 3, 66, 4; — ibi . . . castra posuit. paucis diebus interpositis noctu insidias equitum conlocauit: 3, 37, 5; paucos dies morari u. **dies** p. 894 α) (1 loc.); — a quibus cum paucorum dierum iter abesset: IV 7, 2;

— hostes uiderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent. paucorum dierum opera et labore ita relecta, ut: 2, 16, 1; — paucis diebus u. **dies** p. 900 sq. β) β) (9 (10) loc.); — paucis ante diebus u. **ante** p. 275 β) (4 loc.); — quos auxilii causa rex Iuba paucis diebus ante Vticam miserat: 2, 25, 3; — paucis post diebus (diebus post paucis) u. **dies** p. 902 δδ) (7 loc.); ¶ quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur: VI 30, 1; quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat: VI 33, 3; his paucos addit equites: VII 45, 3; ii <c> (equites) . . . magnum hostium numerum pauci sustinere: 1, 51, 5; desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci, calorum atque impedimentorum non magnus numerus: 1, 51, 6; Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur: 1, 66, 3; cum . . . praetoria cohorte caetratorum barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, . . . improviso ad uallum aduolat: 1, 75, 2; uidetisne . . . exiguae esse copias missas, quae paucis (diebus *abd. a*) equitibus pares esse non poterint? 2, 39, 3; ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et <om. af> labore confectis studium ad pugnandum . . . deerat: 2, 41, 3; hortatur Curionem Cn. Domitius . . . cum paucis equitibus circumsisitens, ut: 2, 42, 3; Sabinum cum cohortibus V paucisque equitibus in Aetoliam misit: 3, 31, 2; ¶ ipse arcano cum paucis familiaribus suis (suis fam. f) conloquitur: 1, 19, 2; ¶ pauci lenunculi (lenunculi *Cicero. cod.*) ad officium imperiumque conueniebant: 2, 43, 3; ¶ paucis mensibus ante, paucis ante mensibus u. **mensis** p. 561 D. (3 loc.); ¶ centurionibus et paucis militibus intromissis: VII 12, 4; hunc ex primo ordine pauci Caesaris consecuti milites consistere coegerunt: 1, 13, 3; pauci <O²> paucis <c> ex his militibus . . . ab equitatu excipiuntur: 1, 64, 7; ut pauci milites patresque (patrisque <c>) familiae . . . in Siciliam incolentes peruenirent: 2, 41, 1; quarum cohortium milites . . . Iuba conspiciatus . . . magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum praemisit: 2, 41, 2; ¶ paucae ultimae nationes . . . hoc <c> facere neglexerunt: III 27, 2; ¶ Nasidius . . . cum classe nauium XVI, in quibus paucae erant acatae, . . . peruehitur: 2, 3, 1; Caesar . . . cum . . . nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ patres familiae: 2, 41, 1 u. milites; ¶ in magno impetu maris atque

aperto, paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, omnes fere . . . habent uectigales: III 8, 1; ¶ qui (Rufus) sententiam Calidii paucis fere mutatis rebus <uerbis *codd. uett.*; *del. Ciacc.*> sequebatur: 1, 2, 4; ¶ secundum flumen paucae stationes equitum uidebantur: II 18, 3; ¶ bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis <-li a> relictis . . . exercitum . . . reducit: 2, 35, 7; ¶ et <c> paucis turmis praesidio ad impedimenta dimissis reliquos equites ad latera disponit: VI 8, 5; ¶ uerba: 1, 2, 4 u. res; paucis cum esset in utramque partem uerbis disputatum: 1, 86, 3; ¶ et paucis uulneribus acceptis complures ex bis occiderunt: IV 37, 3; eosque ex siluis expulerunt paucis uulneribus acceptis: V 9, 7.

B.: ii . . . pauci: 1, 51, 5 u. **A.** equites; ¶ eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4; nauiculam paruulam conscendit cum paucis suis: 3, 104, 3.

2. ui subst.: **A. mase.:** **a) subi.:** ad quemuis numerum ephippiatorum equitum quamuis pauci adire audent: IV 2, 5; ¶ proelium committunt, et pauci de nostris cadunt: I 15, 2; ¶ coniungere: 3, 97, 5 u. petere; ¶ id (oppidum) . . . propter . . . muri . . . altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; ¶ euadere: III 19, 4 u. **b) relinquere;** ¶ pauci ex proelio elapsi <β> lapsi α; *Np.*> . . . ad T. Labienum . . . perueniunt atque eum de rebus gestis certiore faciant: V 37, 7; ¶ pauci ordinis senatorii, qui se cum iis <c> coniunxerant, nocte fuga salutem petiuerunt: 3, 97, 5; ¶ pauci ex tanto numero se incolumes <ο> in castra recipiunt: VII 88, 4.

b) obi.: paucis amissis sese in proximos montes conferunt: 1, 51, 5; triduum moratus paucis in oppugnatione amissis re infecta inde discessit: 3, 40, 6; ¶ plures paucos circumstiebant: IV 26, 3; ¶ cum . . . ciuitas . . . conuenisset docereturque paucis <doceretur perpaucis *AQ*> clam conuocatis . . . fratrem a fratre renuntiatum: VII 33, 3; ¶ impetum . . . in cohortes faciunt paucisque deiectis <delectis *a*> reliquos sese conuertere cogunt: 1, 46, 1; ¶ compluribus interfectis longius impeditioribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt <disperdiderunt *af*>: III 28, 4; ¶ paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbauerunt: IV 32, 5; paucisque utrinque interfectis Caesar loca maxime necessaria complexus noctu praemuniit <c>: 3, 112, 7; ¶ reliquos equites <c> consecrati

paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt: III 19, 4.

c) dat.: quam rem et paucis contigisse et: I 43, 4.

d) genet.: (quo . . . † latorum <*codd.*; paucorum *coni. Np.*> audacia numquam ante descensum <*e*> est: 1, 5, 3;) ¶ ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; ¶ ut se et populum Romanum factione <factione *hl*> paucorum oppressum in libertatem uindicaret: 1, 22, 5.

e) c. praep.: relictis in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum: 1, 15, 4; — mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perspicat <-iant *O*>: 1, 66, 3.

(ut) per paucos probati et electi in prouinciis mittantur: 1, 85, 9.

B. neut.; **a) obi.:** pauca addere u. **addo** *p. 147 B. a) α) αα) et δδ) (1 + 3 loc.);* ¶ pauca eiusdem generis addit cum excusatione Pompei coniuncta: 1, 8, 4; ¶ pauca apud eos loquitur, *queritur <(locutus queritur *Paul*)>, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit: 1, 23, 3; consurgere iussit et pauca apud eos de lenitate sua locutus . . . omnes conseruauit: 3, 98, 2; ¶ (paucis mutatis: 1, 2, 4 u. **1. A. res;**) ¶ Ariouistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis uirtutibus multa praedicauit: I 44, 1.

b) abl.: ipse equo in oppidum uectus . . . paucis <(diebus *add. codd.*; *del. Jurin.*; paucis diebus *del. Paul*)> quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit: 2, 44, 3.

paucitas. A. subi.: non illi paucitatem nostrorum militum . . . causae fuisse cogitabant: 3, 72, 2.

B. obi.: cum . . . paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent: IV 30, 1; quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et uirtutem despiciere potuerint: VII 20, 6; ¶ his copiis fidens Achilles paucitatemque militum Caesaris despiciens occupabat Alexandriam: 3, 111, 1; ¶ postea dispecta <*Paul*; *Hold.*; despecta *X. edd. rel.*> paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt: VI 39, 4; ¶ barbari nuntios . . . dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt: IV 34, 5.

C. e. praep.; **a) ad:** magna parte militum confecta uulneribus res ad paucitatem defensorum peruenerat: V 45, 1.

b) propter: legionem neque eam <c> plenissimam detractis cohortibus duabus et compluribus singillatim . . . absentibus <c> propter pauci-

tatem despiciabant: III 2, 3; quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat: III 4, 4; nauigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant (<u. CC>): III 9, 4; etsi propter multitudinem et ueterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant: III 24, 2; cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum crebris confecti uulneribus: 3, 9, 3.

pauimentum: palma per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pauimento existisse ostendebatur: 3, 105, 5.

paulatim. A. = sensim: a) de tempore: (Galli) paulatim (qui paulatim *Aim.*) adsuefacti superari . . . ne se quidem ipsi cum illis uirtute comparant: VI 24, 6; ¶ imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant: 2, 40, 3; quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim (<recc.; paulo a¹; paulum *flh*) loco motus cessit: 3, 93, 3; ¶ paulatim circumuentus interfecit: V 37, 2; ¶ tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent et conuersa signa in hostes inferrent: II 26, 1; ¶ paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire . . . populo R. periculosum uidebat: I 33, 3; ¶ diductisque (<ded. *Ofh*) nostris paulatim nauibus . . . mobilitati nauium locus dabatur: 2, 6, 2; ¶ aurigae interim paulatim (<paulum *β*) ex proelio excedunt: IV 33, 2; ¶ frumentum parce et paulatim metiri instituit: VII 71, 8; ¶ horum uocibus ac timore paulatim etiam ii (<e>) . . . perturbabantur: I 39, 5; ¶ tali dum pugnatur modo, lente atque paulatim proceditur: 1, 80, 1; ¶ pedem referre: 2, 40, 3 u. cedere; ¶ ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram (<c>) conspexerunt: 1, 69, 3.

b) de loco (= molliter, leniter): collis . . . in (<c>) fronte (<c>) leniter fastigatus (<c>) paulatim ad planitiem redibat: II 8, 3. locus erat castrorum editus et paulatim ab imo adeliuis circiter passus mille: III 19, 1; — scrobes . . . fodiebantur paulatim angustiore ad infimum fastigio: VII 73, 5.

B. = singillatim, singuli (deinceps): rursus coniuatione facta paulatim ex castris discedere et (<c>) suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2.

paulisper: animi est ista mollitia (<c>), non uirtus, paulisper inopiam (<in. paul. *β*) ferre non posse: VII 77, 5; ¶ paulisper intermitterent proelium: III 5, 3; ¶ itaque

paulisper apud oppidum morati . . . contenderunt: II 7, 3; hostes paulisper morati militum nostrorum impetum non tulerunt: V 21, 5; ibi paulisper sub armis moratus facit aequo loco pugnandi potestatem: 1, 41, 2; ¶ hic paulisper est pugnatum: 3, 67, 5; ¶ qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt: IV 14, 4; ¶ angusto in loco paulisper equitum nostrorum uim sustinuerunt: VI 30, 3; paulisper una proelium sustineat: VI 38, 3.

(Paulus: Philippus et Cotta Paulus et Marcellus *Terpstra*: u. CC.) priuato consilio praetererunt ueque eorum sortes deiciuntur: 1, 6, 5.)

paululum: quod is collis . . . paululum ex planitie editus tantum . . . patebat, quantum: II 8, 3; ¶ duobusque interfectis reliquos a porta paulum (<paululum *β*) submonit: VII 50, 5.

paulum. 1. ui subst.: A. subi.: paululumque (<paululumque *f*) afuit (<f: adfuit *l*: fuit *a*: abfuit *Oh*), quin Varum interficeret: 2, 35, 2; ¶ ut . . . paeue naturam studio uincerent semperque paulum ad summam felicitatem defuisse uideretur: VI 43, 5.

B. obi.: quod ibi paulum frumenti reliquerant: 1, 78, 3; ¶ si uero alteri paulum (<paululum *O*) modo tribuisset fortuna, non esse usurum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3, 10, 7.

C. c. praep.: ita pugnans post paulum (<paululum *afk*) concidit: VII 50, 6.

2. ui aduerbi: A. paulum: a) e. uerbis: pedestresque copias paulum (<paulo *AQ*; paululum *af*, ab eo loco abductas (<*Paul*: abditas *AQβ*; *add.*: additas *BM*: adductas *N*) in locis superioribus constituunt: VII 79, 2; ¶ quaeque (<c>) ibi (<c>) naues imprudentia aut tempestate paulum (<paulo *a*) suo cursu decesserunt: 3, 112, 3; ¶ ille in sua sententia persecrat et paulum (<paululum *O*) ex eo loco degreditur: 1, 72, 4; ¶ aurigae interim paulatim (<paulum *β*) ex proelio excedunt: IV 33, 2; Cassiuellanus . . . itinera nostra seruabat paulumque ex uia excedebat: V 19, 1; ¶ paulum quidem intermissa flamma . . . centuriones recesserunt: V 43, 6; ¶ (quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim (<recc.; paulo a¹; paulum *flh*) loco motus cessit: 3, 93, 3) ¶ tum praemisissis paulum impedimentis . . . inquit: VI 8, 3; ¶ paulumque a maioribus castris (<c>) progressus aciem instruxit: I 50, 1; cum illi aut ex arido aut paulum in aquam pro-

gressi . . . tela coicerent: IV 24, 3; legionem *X. eodem iugo mittit et <om. ζ> paulum <paulo a. c> paululum f> progressam inferiore constituit loco: VII 45, 5; ipse paulum <paululum af> ex eo loco cum legione progressus . . . euentum pugnae expectabat: VII 49, 3; naues soluit paulumque a portu progressus litteras a Caesare accipit: 3, 14, 1; ¶ paulum <paululum a> legiones Caesar, quas pro uallo constituerat, promoueri iubet: VII 70, 5; ¶ uno interfecto reliquos paulum propellit: V 44, 11; ¶ ad eas (arbores) se adplicant atque ita paulum paulo B> paululum Aim. modo reclinatae quietem capiunt: VI 27, 3; ¶ barbari constituerunt ac paulum modo add. X: edd.; ego del.; au etiam? pedem rettulerunt: IV 25, 2; ¶ naues longas . . . paulum remoueri ab onerariis nauibus . . . iussit: IV 25, 1; cum paulum ab legionibus nostros remouissent <a. CC>: V 16, 2; ¶ duobusque (hostibus) interfectis reliquos a porta paulum <paululum ζ> submouit: VII 50, 5; ¶ cuius <c> adueutu spe inlata militibus . . . paulum <paululum a> hostium impetus tardatus est: II 25, 3.

b) e. adiect.: tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta . . . inter se iungebat: IV 17, 3.

(c) e. aduerb.: paulum minus: VII 51, 4 a. B. a) minus; paulum supra: VI 9, 3 u. B. b) supra.)

B. paulo; a) e. comparatiuo: quae (legio) pro subsidio paulo aequiore loco constiterat: VII 51, 1; ¶ (paulo altiores: V 1, 2 u. latiores;) ¶ quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab <c> iis <c> absit: V 27, 9; abest delecto itinere ab Vtica paulo amplius passus <c> mille <c>: 2, 24, 4; ¶ in hoc fere medio spatio tumultus erat paulo editior: 1, 43, 1; ¶ p. eminentiores: 2, 9, 3 u. longiores; ¶ ut nullum paulo fortius factum latere posset: III 14, 8; ¶ et paulo [quam] sunt eiusdem generis [et] ceteris humaniores <a. CC>: IV 3, 3; ¶ ad celeritatem onerandi subductionisque (naues) paulo facit humiliores, quam quibus . . . uti consueuimus: V 1, 2; — alter . . . erat uallus humilior paulo munitione: 3, 63, 2; ¶ quod paulo incautius custodias in muro dispositas nidebat: VII 27, 1; ¶ (naues) ad opera ac <c> multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores <altiores ζ> (facit), quam: V 1, 2; ¶ id autem est iugum . . . utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen

paulo leniore <leuiore Oaf> fastigio ab ea parte, quae ad Vticam uergit: 2, 24, 3; ¶ has trabes <c> paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes erant, effecerunt <c>: 2, 9, 3; — qui paulo longius aggeris petendi causa processerant: II 20, 1; cum paulo longius a castris processisset: IV 32, 3; progressu ei paulo longius litterae a Gadibus redduntur: 2, 20, 2; temptandam sibi Achaiam ac paulo longius progrediendum existimabat: 3, 55, 1; — quod paulo aberat longius: V 46, 4; frauentium <o> se <c> exigue dierum XXX habere <c>, sed paulo etiam longius tolerare <c> posse parcendo: VII 71, 4; aciemque instruxit primo <c> suis locis pauloque a castris Pompei longius: 3, 84, 2; ¶ duobus maximis bellis confectis maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hiberna . . . exercitum deduxit: 154, 2; ¶ eo die milites sunt paulo <paulum z> minus septingenti milites paulo minus .DCC. sunt ζ> desiderati: VII 51, 4; altera (nauis sustulerat) ex ueterana (legione) paulo minus CC: 3, 28, 3; ¶ nulla fuit ciuitas, quin . . . mitteret, non cuius Romano paulo notior, quin ad diem conueniret: 2, 19, 2; ¶ pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam <galliam quietiorem ζ>: V 58, 7; ¶ a quibus cum paulo tardius esset administratum: IV 23, 2; ¶ imperat, ut paulo tumultuosius omnibus locis uagentur <c>: VII 45, 1.

b) e. nocibus, in quibus notio comparatiuo similis inest: z) aduerb. et praepos.: Cenabenses paulo ante mediam uocem silentio ex oppido egressi flumeu transire coeperunt: VII 11, 7; paulo ante tertiam uigiliam est auimaduersum fumare aggerem: VII 24, 2; — u. praeterea ante p. 275 c) z) (12 loc.); ¶ pauloque citra <circa Ol pr.> eum locum alii comprehensis collibus munitiones perfecerunt: 3, 46, 6; ¶ hi sunt magnitudine paulo infra elephantos: VI 28, 1; — duae (naues) eosdem . . . portus <o> capere non potuerunt et paulo infra delatae sunt: IV 36, 4; nuntiator . . . magnum ire agmen aduerso flumine . . . et paulo infra milites nauibus transportari: VII 61, 3; ¶ idoneam tempestatem nactus paulo post mediam noctem naues soluit: IV 36, 3; — Libo . . . ad Pompeium proficiscitur. paulo post renuntiat: 1, 26, 5; — ipse post paulo <paulo post af> post paulum recē; <Whitte> silentio egressus . . . eum locum petit: VII 60, 4; ab his primo Marsi dissentire incipiunt . . . post paulo tamen internuntiis . . . missis . . . de L. Domitii fuga cognoscunt:

1, 20, 4; † his constitutis rebus paulo *<efk>*; *Hesenberg.*; paulum *α* (*X??*); *edd.* supra eum locum . . . facere pontem instituit: VI 9, 3; ac paulo supra hanc memoriam serui et clientes . . . una cremabantur: VI 19, 4; † post . . . Caesar paulo ultra eum locum castra transtulit: 3, 66, 4.

β) **uerbis:** harum (alcium) est consimilis capris figura et uarietas pellium, sed magnitudine paulo anteedunt: VI 27, 1; † (legionem *X. . . . mittit et *<e>*) paulum (paulo *AQa*; paululum *f*) progressam inferiore constituit loco: VII 45, 5.)

pauor: prius quam se hostes *<o>* ex terrore *<pauore β>* ac fuga reciperent: II 12, 1.

pax. A. subi.: desinit ergo de compositione loqui; nam nobis nisi Caesaris capite relato pax esse nulla *<non O>* potest: 3, 19, 7.

B. obi.: accipere: 3, 57, 4 *u. referre*; † conciliare *u. concilio B. p. 628 (3 loc.)*; † constituerunt . . . cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare: I 3, 1; his rebus pax confirmata . . . leni uento soluerunt: IV 28, 1; † facere *u. facio p. 1255 c* (*4 loc.*); † malle: I 44, 4 *u. D.*; † qui (legati) cum enim in itinere conuenissent . . . suppliciterque locuti flentes pacem petissent: I 27, 2; pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt: II 13, 3; neque condiciones accipiendas arbitrabatur ab iis *<e>*, qui per dolum atque insidias petita pace ultro bellum intulissent: IV 13, 1; quibus (legatis) pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondet *<e>* obsidesque ad se adduci iubet: IV 18, 3; in petenda *<impetenda BM>* pace eius rei culpam in multitudinem contulerunt *<e>* et . . . ut ignosceretur petierunt: IV 27, 4; cum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petissent: IV 27, 5; quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae *<pet. pac. a>* causa mittunt: VI 6, 2; — testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset: 3, 90, 2; † sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse *<e>*: I 37, 2; † quod si fecisset, quietem Italiae, pacem prouinciarum, salutem imperii *<e>* uni omnes acceptam relato: 3, 57, 4.

C. gen.: sese neque legatos missuros neque ullam condicionem pacis accepturos: II 15, 6; illo tamen *<e>* potius utendum consilio . . . quam aut *<e>* deditiois aut *<e>* pacis subeundam condicionem: VII 78, 2; hanc unam atque extremam esse pacis condicionem: I, 85, 12; quem ubi Caesar intellexit . . . neque ullam

spem aut condicionem pacis adferre: 3, 17, 6; — ut condiciones pacis dimittendas non existimaret: 1, 26, 2; non esse usum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3, 10, 7; condiciones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab senatu et a populo peti debere: 3, 10, 8; † tempus uero colloquio non dare . . . magnam pacis desperationem adferbat: I, 11, 3; † nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: I, 85, 7; † spes: 3, 17, 6 *u. condicio*.

D. abl.: si pace uti uelint *<si pacem mallet β>*, iniquum esse de stipendio recusare: I 44, 4; portis patefactis eo die pace sunt usi: II 32, 4.

E. c. praep.: a) ab: omnium ordinum partes in misericordia constitisse, ipsos duces a pace abhorruisse: 1, 85, 3.

b) ad: ea, quae maxime ad pacem pertinere uiderentur, ageret: 3, 19, 2; † omnium animi intenti esse ad pacem uidebantur: 3, 19, 4.

ut quam integerrima essent ad pacem omnia: 1, 85, 2; id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: VII 66, 4.

c) de: hoc unum esse tempus de pace agendi, dum pares ambo uiderentur: 3, 10, 7; conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus per colloquia de pace agere: 3, 18, 5; † † summissa oratione loqui de pace atque alterari cum Vatinius incipit *<sic eod. Np.:* sed missa orat. de pace loqui atque *Terpstra*; *Kran.*; sed missa or. d. p. loqui elate atque *Dt.*; [summissa oratione] loqui de p. atque *Dh.*; sed ommissa oratione de p. alterari *Oud.*): 3, 19, 5; † Pompeius . . . misit ad me N. *<e>* Magium *<e>* de pace: *ap. Cic. ad Att. IX 13 1. 1.*; † legatos mittere de pace *u. de p. 820 (7 (8) loc.)*; † unus *<e>* ex iis, qui legati de pace ad Caesarem uenerant: II 6, 4; eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace uenerunt: IV 36, 1.

sese omnia de pace expertum *<experta N>* nihil adhuc *<effecisse>*: 3, 57, 2.

d) in pace: in pace nullus *<nullis AQβ>* est communis magistratus: VI 23, 5.

pecco: quo maiorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur: 2, 31, 7; — quod in eo peccandi Germanis causa non esset: I 47, 4.

(Pectones u. Pictones.)

pectus: matres familiae . . . pectore

nudo prominentes passis manibus obstabantur <o> Romanos: VII 47, 5; — ut . . . pedites . . . tantum modo umeris ac summo pectore exstarent <e>: 1, 62, 2.

pecuarius: cohortemque postea duplici stipendio, frumento, ueste, cibariis <Cuiac.; frumento uespeciariis uel frumentum specuariis >; frumentariis, pecuariis *Wölffcl. Dt.*: frumentoque et pecuariis *Hell.*) militaribusque donis amplissime donant: 3, 53, 6.)

pecunia. **A. subi.**: HIS LX . . . Domitio reddit, . . . etsi eam pecuniam publicam esse <esse publ. h> constabat datamque a Pompeio in stipendium: 1, 23, 4; 2, 20, 8 *u. B.* tradere.

B. obi.: uiri <e> quantas pecunias ab uxibus dotis nomine acceperunt <acceperint fh>, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant: VI 19, 1; ¶ cuius modo <c> rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias nidebatur: 3, 32, 2; ¶ communicare: VI 19, 1 *u. accipere*; ¶ conferre *u. confero p. 637 (3 loc.)*; ¶ et pecunia ad necessarios sumptus conrogata . . . discessit: 3, 102, 4; ¶ credere: 3, 1, 2 *et* 20, 4 *u. soluere*; ¶ ad senatum referitur . . . pecunia uti ex aerario Pompeio detur: 1, 6, 3; 23, 4 *u. A.*; ¶ a <e> publicanis suae prouinciae debitam biennii pecuniam exegerat: 3, 31, 2; ¶ deponere: 3, 33, 1 *u. tollere*; ¶ militibus aequa facta aestimatione pecuniam pro his rebus dissoluit <soluit O>: 1, 87, 1; ¶ distribuere: 1, 39, 3 *u. sumere*; ¶ exigere *u. exigo p. 1217 sq. (5 loc.)*; ¶ imperare *u. impero p. 77 (6 loc.)*; ¶ quam <quas Db. typhothetarum errore; qui l> maximas potuerunt pecunias mutuati . . . ad Pompeium transierunt: 3, 60, 5; ¶ magnam imperatam . . . Achaiae populis pecuniam exegerat, magnam <Ald.; magnas codd.> societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat: 3, 3, 2; ¶ pecuniam atque equos inter se partiti sunt: VII 55, 5; ¶ (Treueri atque Indutiomarus) nullum tempus intermiserunt, quin . . . ciuitates sollicitarent, pecunias pollicerentur: V 55, 1; illi (Indutiomari propinqui) finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: VI 2, 1; (Vercingetorix) horum principibus pecunias, ciuitati autem imperium totius prouinciae pollicetur: VII 64, 8; pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit <-ti af>: 2, 21, 2; cum (Coelius) . . . equitibus . . . Caesaris Gallis atque Hispanis . . . pecu-

niam polliceretur: 3, 22, 3; ¶ a publicanis . . . pecuniam exegerat et ab isdem insequentis anni mutuam praeceperat: 3, 31, 2; ¶ cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium nenisset ad pecuniam <que add. hl> Pompeio <pompeii hl> ex senatus consulto proferendam: 1, 14, 1; ¶ pecunias monumentaque, quae ex fano Herculis conlata erant in priuatum domum, referri in templum iubet: 2, 21, 3; ¶ remittere: 2, 21, 2 *u. polliceri*; ¶ cum fides tota Italia esset angustior neque creditae pecuniae soluuerentur: 3, 1, 2; legem promulgauit, ut sexenni <c> die <c> sine usuris creditae pecuniae soluatur <-uerentur?>: 3, 20, 4; ¶ simul a tribunis militum centurionibusque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: 1, 39, 3; 3, 103, 1 *u. tollere*; 3, 105, 1 *u. D. a)* summa; ¶ tota Italia . . . arma imperantur, pecuniae a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur: 1, 6, 8; Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat: 3, 33, 1; Pompeius . . . pecunia societatis sublata et a <e> quibusdam priuatis sumpta <mutuo sumpta Ciacc.> et aeris magno pondere ad militarem usum in naues imposito . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; reperiebat T. Ampium <c> conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae: 3, 105, 1; ¶ relatis ad eum publicis cum fide rationibus quod penes eum est pecuniae tradit <-didit f>: 2, 20, 8; Massifienses . . . ut est imperatum, . . . pecuniam ex publico tradunt: 2, 22, 5.

C. dat.: haec res Ephesiae pecuniae salutem attulit: 3, 33, 2; — ita duobus temporibus Ephesiae pecuniae Caesar auxilium tulit: 3, 105, 1.

D. gen.; a): ne qua oriatur pecuniae <regnandi Hart.> cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur: VI 22, 3; ¶ fructus: VI 19, 2 *u. ratio*; ¶ omnes aut de honoribus suis aut de praemiis pecuniae aut de persequendis inimicitii agebant: 3, 83, 5; ¶ hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere uim maximam arbitrantur: VI 17, 1; ¶ huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque seruantur: VI 19, 2; ¶ reperiebat T. Ampium conatum esse pecunias tollere Epheso . . . eiusque rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse, ut his testibus in summa <summam Nhl; sumenda Ciacc.> pecuniae <-nia Ciacc.> uteretur: 3, 105, 1.

b): quod pecuniae: 2, 20, 8 *u. B.* tradere.

E. abl.: quod oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exaedificauerat: 1, 15, 2;

¶ unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent, alteram, qui capitis damnarent, tertiam, qui pecunia (-niam *Quaest.*) militarent: 3, 83, 4; ¶ Coniucitolitanis . . . sollicitatus ab Aruernis pecunia . . . colloquitur: VII 37, 1; ¶ quantum gratia, auctoritate, pecunia (auctoritate pecuniae *a*) valent, ad sollicitandas ciuitates nituntur (<CC>): VII 63, 2.

F. c. praep.: iure iurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia (obsidibusque et pec. *Ciacc.*) cauent: VI 2, 2.

HS LX . . . Domitio reddit, ne continentior in uita hominum quam in pecunia fuisse uideatur: 1, 23, 4.

(qui praeter imperatas pecunias suo etiam priuato compendio seruiebant: 3, 32, 4.)

Adiect.: certae: 3, 32, 6; (ea: 1, 23, 4;) Ephesia: 3, 33, 2; 105, 1; (haec: VI 19, 2;) magna, -ae: 3, 3, 2 (*bis*); — 3, 31, 2; maximae: 3, 60, 5; mutua, -ae: 3, 31, 2; — 1, 39, 3; 3, 32, 6; omnis: VI 19, 2; 2, 18, 2; publica: VII 55, 2; 1, 23, 4; quantae: VI 19, 1; (sua: 1, 15, 2;) tantae: VI 19, 1.

pecuniarius: (cohortemque postea duplici stipendio, frumento, ueste, cibariis (<*Ciacc.*> frumento uespeciariis uel frumentoue speciariis *x*; frumentoque et pecuniariis *Koch*) militaribusque donis amplissime donauit: 3, 53, 6;) ¶ his . . . agros . . . in Gallia ex hostibus captos praemiaque rei pecuniariae magna tribuerat locupletesque ex egentibus fecerat: 3, 59, 2.

pecus, oris. (**A. subi.:** esse, posse: 1, 48, 6 *u. B.* remouere.)

B. obi.: ut complures dies frumento milites caruerint et pecore ex (<*cCiacc.*> extremam famem sustentarint: VII 17, 3; ¶ Cassiuelanus . . . pecora atque homines ex agris in siluas compellebat: V 19, 1; (VII 71, 7 *u. B.* distribuere;) ¶ Vbiis imperat, ut pecora deducant: VI 10, 2; ¶ pecus, cuius magna erat copia a (<*cβ*>), uiritum distribuit: VII 71, 7; ¶ non illi (<*cR. Steph.*> nero, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant: 3, 47, 7; ¶ Caesar iis ciuitatibus . . . , quod (<*cadd. β*), praeda ex omnibus locis agebatur: VI 43, 2;) ¶ pecora, quod secundum

poterat esse inopiae (<*b*: in opere *z*) subsidium, propter bellum finitimae ciuitates longius remonerant: 1, 48, 6;

¶ inopia adductos (se) clam ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent (<*c*>): VII 20, 10;

¶ cum iam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur: III 29, 2.

C. gen.: a): frumentumque in agris et pecoris copiam nactus repleto his rebus exercitu iter . . . facere instituit: VII 56, 5; 71, 7 *u. B.* distribuere; (3, 47, 7 *ib.* habere;) ¶ hominum est infinita multitudo . . . , pecorum (<pecoris *β*>) magnus numerus numerus ingens (*β*): V 12, 3; quo satis magnus hominum pecorisque numerus conuenerit: V 21, 2; magnus ibi numerus pecoris repertus (est): V 21, 6; magno pecoris atque hominum numero capto atque ea praeda militibus concessa . . . (Neruios) in deditionem uenire . . . coegit: VI 3, 2; aedificia uicosque incendit, magno pecoris atque hominum numero potitur: VI 6, 1; multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi barbari, potiuntur: VI 35, 6.

b): si quid pecoris: VII 20, 10 *u. B.* reperire.

c): pecoris cupidissimi: VI 35, 6 *u. a) c.ctr.*

D. abl.: pecore famem sustentare: VII 17, 3 *u. B.* adigere; ¶ neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore uiuunt: IV 1, 8.

pedalis: itaque pedalibus lignis coniunctis inter se porticus itegebantur: 2, 2, 3; ¶ transtra (erant) ex (<*c*

pedes. **A. subi.:** tanta erat horum (peditum) exercitatione celeritas, ut iulis sublenati equorum (<CC>) cursum adaequarent: 148, 7; ¶ (cedere: 2, 40, 3 *u. E.* copiae;) ¶ si qui grauiore uulnere accepto equo deciderat, circumstebant (pedites): 148, 6; ¶ hi (pedites), si quid erat durius, concurrebant: 148, 6; ¶ consuesse: VII 65, 4 *u. C.* accessere; ¶ (si . . . (pedites?) relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariorum et dignitate spoliatum iri: VII 66, 5;) ¶ equitum milia erant sex, totidem numero pedites uelocissimi ac fortissimi: 148, 5; qui (pedites) cum iis (<*c*

uero tantum modo umeris ac summo pectore exstarent < b; extare v; *Np.*. *Db.* > et cum altitudine aquae tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum [non] impedirentur: I, 62, 2; ¶ si † pedites < X; *edd.*; impedimentis b: pedites impedimentis *Koch* > suis auxilium ferant atque in eo mourentur, iter facere < conlici β > non posse: VII 66, 5; ¶ eodem tempore equites nostri leuisque armaturae pedites, . . . cum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant ac rursus aliam in partem < CC > fugam petebant: II 24, 1; ¶ proeliari: VII 65, 4 *u.* C. arcessere; ¶ (pedem referre: 2, 40, 3 *u.* E. copiae;) ¶ (relinquere: VII 66, 5 *u.* consulere;) ¶ (transire: 1, 62, 2 *u.* exstare;) ¶ (uenire: 2, 26, 2 *u.* E. auxilia.)

(B. praedic.: ex essedis desiliunt et pedibus < pedites β > proeliantur: IV 33, 1.)

C. obi.: postulauit, ne quem peditem ad colloquium Caesar adduceret: I 42, 4; ¶ equitesque ab his arcessit et leuis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consuerant: VII 65, 4; ¶ (cogere: VII 76, 3 *u.* E. milia;) ¶ quos (pedites) ex omni copia singuli singulos suae salutis causa delegerant: I 48, 5; ¶ (disponere: VII 34, 1 *u.* E. milia;) ¶ (exigere: 1, 30, 4 *ib.* numerus;) ¶ (habere: V 3, 1 *ib.* copiae; 1, 39, 2 *ib.* milia;) ¶ impedire: 1, 62, 2 *u.* A. exstare; ¶ (imperare: VII 64, 4 *u.* E. milia;) ¶ (instruere: 2, 40, 3 *ib.* copiae;) ¶ (interficere: 2, 26, 4 *ib.* numerus;) ¶ mittere *u.* **mitto** *p.* 618 (*A. loc.*); ¶ (praemittere: 1, 39, 2 *u.* E. milia;) ¶ (recensere: VII 76, 3 *u.* E. milia;) ¶ (spoliare: VII 66, 5 *u.* A. consulere;) ¶ (subleuare: I 48, 7 *ib.* adaequare;) ¶ (submittere: 2, 40, 1 *u.* E. pars.)

D. dat.: (confidere: 2, 40, 1 *u.* E. pars;) ¶ (imperare: 2, 40, 3 *ib.* copiae;) ¶ praeficere: VII 64, 5 *ib.* milia.

E. gen.: eorum (equitum et leuis armaturae peditum) aduentu . . . a tribunis militum . . . atque euocatis equos sumit Germanisque distribuit: VII 65, 5; ¶ magna auxilia equitum peditumque ab rege missa Vticam uenire: 2, 26, 2; ¶ celeritas: I 48, 7 *u.* A. adaequare; ¶ haec ciuitas longe plurimum totius Galliae equitatu ualet magnasque habet copias peditum: V 3, 1; Saburra copias equitum peditumque instruit atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant: 2, 40, 3; ¶ equitatum . . . omnem et peditum milia X sibi celeriter mitterent,

quae in praesidiis rei frumentariae causa disponderet: VII 34, 1; Haeduis Segusiauisque . . . decem milia peditum imperat; huc addit equites octingentos. bis praeficit fratrem Eporedorigis: VII 64, 4, 5; coactis equitum milibus < e > VIII et peditum < pedum *BM* > circiter CCL haec in Haeduorum finibus recensentur: VII 76, 3; Caesar legiones in Hispaniam praemisera[ad] VI [milia], auxilia peditum V milia < *Np.*; peditum nulla *codd.* >, equitum III milia, quae < om. *Np.*, *Dt.* > omnibus superioribus bellis babuerat, et parem ex Gallia numerum: 1, 39, 2; ¶ equitum peditumque certum numerum a ciuitatibus Siciliae exigebat: 1, 30, 4; tota auxilia regis . . . in fugam coiciunt equitatuque omni fere incolumi . . . magnum peditum numerum interficiant: 2, 26, 4; ¶ Iuba . . . II milia . . . equitum . . . et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit < e >: 2, 40, 1; ¶ ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in proeliis praestant: IV 33, 3.

F. c. praep.: ad eos (pedites) se equites recipiebant: I 48, 6.

cum bis (peditibus) in proeliis nersabantur (equites): I 48, 5.

pedester. A.: cum < e > equitatu nihil possent — neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed quicquid possunt, pedestribus ualent copiis: II 17, 4; ipse eo pedestribus copiis contendit: III 11, 5; equitatu suo pulso . . . subito pedestres < pedestris β > copias, quas in conualle in insidiis conlocauerant, ostenderunt: III 20, 4; fugientes < e > (equites) usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur: VII 67, 5; qui (Cauarillns) post defectionem Litauiici pedestribus copiis praefuerat: VII 67, 7; equitatu . . . educto omnem eam planitiem . . . complent pedestresque copias paulum < e > ab eo loco *abductas in locis superioribus constituunt: VII 79, 2.

B.: pedestria esse itinera concisa aestuariis: III 9, 4; ut neque pedestri itinere neque nauibus commente iuuari possint: 2, 32, 12; ¶ non eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti proeliis consuerant, utebantur < CC >: IV 24, 4.

peditatus. A. subi. a): cum equitatu . . . proficiscitur (Ambiorix) . . . peditatumque sese < e > subsequi < sequi *A* > iubet: V 38, 1.

b): (legiones pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium peditatu fiat < ne . . . fiat . . . *add.* X; *edd.*; *del.* *Paul* >: VII 70, 2.)

B. obi.: at Indutiomarus equitatum peditatumque cogere . . . instituit: V 3, 4; ¶ habere: VII 64, 2 u. D.

C. gen.: ut auxilia peditatus equitatusque mittant: VI 10, 1; ¶ docet omnes equitatus peditatusque <A²>; ped. equitatusque *BMQ*; *Fr., Db., Dl.* copias Treuerorum tria milia passuum longe ab <c> suis castris condisse: V 47, 5; Treueri magnis coactis peditatus equitatusque copiis Labienum . . . adoriri parabant: VI 7, 1; Haedui . . . copias equitatus peditatusque subsidio Biturigibus mittunt: VII 5, 3; *cf. qu. sqq.*; cum . . . foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur: VII 76, 5; ¶ celeriter magna multitudine peditatus equitatusque coacta ad castra uenerunt: IV 34, 5.

D. abl.: peditatu, quem antea habuerat <habuerit aef>, se fore contentum dicit: VII 64, 2; ¶ sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit <c>: 2, 41, 2.

Q. Pedius: duas legiones . . . conscripsit et inita <c> aestate in ulteriorem <c> Galliam qui deduceret Q. Pedium legatum misit: II 2, 1; his <c> Q. Pedium et L. Aurunculeium Cottam legatos praefecit: II 11, 3; eo cum <tum N> a Q. <aque a> Pedio praetore cum legione * * *, lapide ictus ex muro periit <c> eo cum Q. Ped. pr. missa legione lap. ict. ex m. periit *P. Hofm.; u. CC*: 3, 22, 2.

peius u. male B. p. 537 (1 loc.).

(Pelignus u. Paelignus.)

pellis. A. subi.: pelles (erant) pro uelis alutaeque tenuiter confectae, hae <CC> siue propter lini <o> inopiam atque eius usus inscientiam <c> siue eo <c> . . . , quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri <c> ac tanta onera nauium regi uelis non satis commode posse <c> arbitrabantur: III 13, 6.

(B. obi.: habere: IV 1, 10 u. E. b).)

C. gen.: pelles . . . , quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta: IV 1, 10; — harum (aleium) est consimilis capris figura et uarietas pellium: VI 27, 1.

D. abl.: quae (scuta) subito, ut temporis exiguitas postulabat, pellibus induxerant: II 33, 2; ¶ tegere: 3, 15, 4 u. E. a); ¶ interiores . . . lacte et carne uiuunt pellibusque sunt uestiti: V 14, 2; ¶ et pellibus aut paruis renonum <c> tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda: VI 21, 5.

E. c. praep.; a) ex: accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus ex pellibus, quibus erant

tectae naues, nocturnum excipere rorem cogentur: 3, 15, 4.

b) praeter: ut locis frigidissimis neque uestitus praeter pelles <pellis X> haberent habeant *DE; edd. pr.* quicquam . . . et lauarentur <lauantur X> in fluminibus: IV 1, 10.

c) sub: uti . . . continuatione imbrum diutius sub pellibus <suppellibus *BMa*> milites contineri non possent: III 29, 2; — ibique . . . sub pellibus hiemare constituit. hoc idem Pompeius fecit: 3, 13, 5.

pello. A. = expellere: (recepto Firmo *CC*) expulsoque <recepto Firmo ex itinere pulsoque *EHoffm.*> Lentulo Caesar conquiri milites . . . iubet: 1, 16, 1; ¶ futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent: I 31, 11; ¶ si nostros loco depulsos <pulsos β > uidisset: VII 49, 2.

B. = uincere, fugare; a) cum hostium acies <acies host. a> a <om. β > sinistro cornu pulsa atque in fugam coniecta <c> esset: I 52, 6; ¶ eas omnes copias a se uno <uno a se β > proelio pulsas <fusas *B² β* > ac superatas esse: I 44, 3; ¶ equitatum u. **equitatus** p. 1016 (3 loc.); ¶ his (equitibus nostris) facile pulsas ac proturbatis <perturbatis *B² β* > incredibili celeritate ad flumen decurrerunt: II 19, 7; ¶ exercitum u. **exercitus** p. 1209 (*sq.*) (5 loc.); ¶ hostes u. **hostis** p. 1532 (1 loc.); ¶ qua (legione) pulsa impedimentisque directis futurum, ut reliquae contra consistere non auderent: II 17, 3; quod eo pulsa <pulso *l*> legio sese receperat: 3, 67, 6; ¶ intellegebant maximas nationes, quae proelio contendissent, pulsas superatasque esse: III 28, 2.

b): Haeduos . . . magnam calamitatem pulsos accepisse: I 31, 6; — Heluii sua sponte eum finitimis proelio congressi pelluntur et . . . intra oppida . . . compelluntur: VII 65, 2; — Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos ciuitati renuntiauerunt: II 24, 5; — — cum Cimbris et Teutonis a C. Mario pulsas non minorem laudem exercitus quam ipse imperator meritus uidebatur: I 40, 5; — Centrones et Graioceci <c> et Caturiges . . . itinere exercitum prohibere conantur, compluribus his <c> proeliis pulsas . . . in fines Vocontiorum . . . peruenit: I 10, 5.

c): tantum esse nomen . . . eius <c> exercitus Arionisto pulso . . . , uti: IV 16, 7; — fama percerebriat pulsum fugere Caesarem paene omnibus copiis amissis: 3, 79, 4; — Pom-

peius enim nullo proelio pulsus uestri facti praeiudicio demotus Italia excessit: 2, 32, 2.

d): ut aequo proelio discederetur et neutri pellerentur <repell. f>: 3, 112, 7; — ut equestri proelio commisso pellerent omnes compluresque interficerent: 3, 75, 5; — qui <c> cum iis una fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram: II 24, 1.

(peluis: ue illa quidem ratio recepta est, quam C. Caesar ponit in femininis, ut puppin, restim, peluim <puluim *cod.*; puppi, resti, pelui *Np.*> * * *: *Charis. art. gramm.* I p. 122, 30 *Keil.*)

Pelusium: Pompeius deposito adeundae Syriae consilio . . . Pelusium peruenit. ibi . . . : 3, 103, 1; (Pothinus) exercitum a Pelusio <pulesio :> clam Alexandriam euocauit: 3, 108, 2.

pendo. **A. propr.** (= soluo): si in eo manerent, quod conuenisset, stipendiumque quotannis penderent: I 36, 5; quod (stipendium) sua uoluntate ad id tempus pependerint <perpenderint *B*¹: dependerint *B*²§>: I 44, 4; quod (stipendium) Aduaticis finitimis suis pendere consuesset: V 27, 2; ¶ druides a bello abesse consuerunt neque tributa una <unquam §> cum reliquis pendunt: VI 14, 1; ¶ quid <§> quod *AQB*; quot *M*) in annos singulos uectigalis populo Romano Britannia penderet constituit: V 22, 4.

B. trsl.: orant, ut <c> sibi parcat <o>, ne communis odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant: VI 9, 7.

penes: quod penes eos <paene in eo *ik.*: *Np.*; paene ex eo *Em. Hoffm.*>, si id oppidum retinuisent, summam uictoriae constare intellegebant: VII 21, 3; ¶ edicunt, penes quem quisque sit Caesaris miles, ut producat <c>: 1, 76, 4; addit etiam, ut *quae quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis <c>, qui amiserint <c>, *restituantur: 1, 87, 1; quod penes eum est pecuniae tradit: 2, 20, 8.

penitus: Suebos . . . cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent, penitus ad extremos fines se receperit: VI 10, 4.

(pensio: legem promulgauit, ut sexenni die <*sic P. Mamur.*; sexies seni dies *codl.*; sex pensionibus *Ald.*; *u. CC*> sine usuris creditae pecuniae soluantur (?): 3, 20, 4.)

per. **I. Conlocatio**: multos per annos: 3, 64, 3; quorum per fines <per fines quorum *af*>: I 28, 1; *reliquis locis (50 fere numero) praepositio per primum obtinet locum*: per fines Haeduorum, per suos fines, per fines suos, per eorum fines, *sim.*

II. Signif.: **1. de loco**; **A.** = *διὰ τῶν* (= ab altera parte extrema usque ad alteram partem): **a)** per mediam aliquam rem (= durch); **z)** pendet ex uerbis: itinere (non) intermisso per fines Haeduorum in Lingones contendit: VII 9, 4; ¶ asseres enim pedum XII cuspidibus praefixi atque hi maximis ballistis missi per IIII ordines cratium in terra defigebantur: 2, 2, 2; ¶ (Rhenus) longo spatio per fines Nantnatum <c>, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum <c>, Tribocorum <c>, Treuerorum citatus fertur: IV 10, 3; ¶ quod (flumen) per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit: I 12, 1; ¶ ire per fines *u. eo p. 1017 a) γ* (*1 loc.*); ¶ (castra ex Biturigibus mouet in <§> per α; *om. Fr., Db.*; per Boios in *Vielh.*) Aruernos uersus: VII 8, 5; ¶ ¶ qui non bis <c> per agmen hostium perequitarit <§> -tasset z; *edl.*): VII 66, 7; ¶ nouo genere pugnae perterritis <c> nostris per medios audacissime percurrerunt: V 15, 4; per medios hostes percurrunt: VI 40, 4; ¶ quae (silua Arduenna) ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet: V 3, 4; ¶ pauci . . . incertis itineribus per siluas ad T. Labienum legatum in hiberna perueniunt: V 37, 7; et per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium in Apuliam peruenit: 1, 23, 5; celeriter Petreius per Vettones ad Afranium peruenit: 1, 38, 4; ¶ ipse . . . ad bellum Ambiorigis profectus <profectus *del. Faern.*; profecturus *Th. Bentl.*: proficiscens *Voss.*> per Arduennam siluam . . . L. Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit: VI 29, 4; ¶ proficisci: (VI 29, 4 *u. praemittere*); uti Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur: 1, 38, 2; ut . . . coniuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiae subsidio proficisceretur: 3, 78, 4; ¶ ex castris cohortes per oppidum crebro submittebantur: 1, 45, 7; ¶ Heluetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant: I 11, 1; quod per fines Sequanorum Heluctios traduxisset: I 19, 1; ¶ quae (auxilia legionum) cum Pompeio per Mauretanium uenire dicebantur: 1, 60, 5.

(inter duos uallos, qua perfectum opus non erat, † per mare <*codl.*; *Np., Dt.*; *del. Nicas.*; Pompeiani *Paul.* per mare = per mare uecti esse censet *Hand Turs. IV 430*) nauibus expositi <expositis *Ox.*; nauibus *expos. del. Dt.*> in auersos <c> nostros impetum fecerunt: 3, 63, 8.)

β) *pendet ex subst.*: negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare: I 8, 3; tutum *(se add. β)* iter per *(suos add. β)* fines daturum: V 27, 10; — erant omnino itinera duo, quibus . . . exire possent: unum per Sequanos . . . , alterum *(iter add. A Q)* per provinciam nostram: I 6, 1; qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat: I 10, 3; — iter facere per *u. facio p. 1270 (uers. 31—51, 9 (10) loc.)*: — Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditum habebat: 3, 79, 2; — quod iter per Alpes . . . patefieri volebat: III 1, 2; — quod eo inuito iter per provinciam per nim temp-tassent: I 14, 3; ¶ relinquebatur una per Sequanos uia: I 9, 1.

b) = per summam aliquam rem, per rei superficieem (über — hin (weg)); z) *pendet ex uerbis*: quod angusto itinere (equitatus) per aggeres ascendebat *(-derat Ciacc.)*: 3, 69, 2; ¶ hostes undique circumuenti . . . se per munitiones deicere *(eicere RSchm.)* et fuga salutem petere ¶ contenderunt: III 26, 5; ¶ plerosque ii *(c)*, qui receperant, celant noctuque per uallum emittunt: I, 76, 4; ¶ ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus: I, 61, 1; ¶ uti . . . per temonem pereurrere et in iugo insistere *(consistere a)* et se inde *(o)* in curru citissime recipere consuerint: IV 33, 3; ¶ si per decliue sese recipere, nostros ex superiore insequentes loco uerebantur: 3, 51, 7; ¶ per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes multitudine telorum repulerunt: II 10, 3.

β) *pend. ex subst. e. uerbis coniectis*: erat per decliue receptus *(receptum NO)*: 3, 45, 4; — primisque oppressis reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum pariebant: 3, 69, 3.

B. = *ἀνά, κατά*: dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere inssit: VI 31, 2; ubi quae *(c)* maior atque industrior incidit res, clamore per agros regionesque significant: VII 3, 2; ¶ Caesar significatione per castella fumo facta . . . eodem uenit: 3, 65, 3; ¶ a Pompeio literis per omnes provincias ciuitatesque dimissis *(demissis Oal)* fama percrebruerat: 3, 79, 4; ¶ quod se per *(quod semper at)* litora celeriter in oppidum (equitatus) recepit *(recipit afh)*: 2, 26, 4; ¶ per manus tradere *u. manuus p. 512 γ)* *(3 loc.)*: ¶ ut equitibus per oram maritimam *(ora maritima N)* ab Antonio dispositis aquari prohiberentur: 3, 21, 4; ¶ cum fama per

orbem terrarum percrebruisset: 3, 43, 4; per orbem terrarum fama ac litteris uictoriam eius diei concelebrabant *(-brant Opl)*: 3, 72, 4; ¶ primo per omnes partes peregritant et tela coiciunt: IV 33, 1; ¶ Caesar dispositis per uias *(uiam N)* cohortibus impetum eius sustinuit: 3, III, 1.

2. de tempore; A. significat totum tempus expleri: hanc (aquilam) . . . minus multos per annos magna diligentia defendi: 3, 61, 3; ¶ auster, qui per biduum flauerat, in Africum se uertit: 3, 26, 5; ¶ Cicero, qui omnes *(per omnes β)* superiores dies praeceptis Caesaris . . . milites in castris continisset: VI 36, 1.

